



SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De parricidis & matricidis: & quæ mala eos sequantur, qui parentes
aspernantur, iisque minimè parent. cap. xxxix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Fili suscipe senectam patris tui: & non contristes eum in vita illius: & si defecrit sensu, veniam da: & ne spernas eum in virtute tua. Eleemosyna enim patris non erit in obliuione. In toto corde tuo honora patrem tuum: & genitus matris tuae ne obliuiscaris.

Fili, obedite parentibus vestris in Domino. Hoc enim iustum est. Honora *ephes. 6.* patrem tuum, & matrem tuam: (quod est mandatum primum in promissione:) ut bene sit tibi, & sis longaeus super terram.

Fili, obedite parentibus per omnia. Hoc enim placitum est Domino, & *col. 3.* Deo nostro.

B Ciconiarum circa eas, quæ senectute affecta sunt, cura, ad filios paterno amore inflammatos, si animum attendere velint, satis momenti habet. Omnidem enim nemo usque adeo prudentia inops est, quin turpe atque ignominiosum censeat aribus, à ratione auersissimis, virtute inferiorem esse. Ciconiae porro patrem praesenectute iam pennis orbatum in orbem cingentes, alis suis fouent, atque uberem ei alimoniam suppeditantes, eam etiam, quam possunt, in volatu opem praebent, leuiter nimiriū eum vrinque pennis suis sublevantes. Atque hoc ita apud omnes sermone celebratum est, ut iam etiam nonnulli beneficiorum remunerationem *avitaqyow* appellant.

Probi & candidi liberi magna à parentibus encomia exposcent.

C Fac quod bonum est: quia bonum est patri obtemperare: etiamsi aliqui nihil inde lucri *Naz.* ad te redditum sit. Nam hoc ipsum merces est, patri gratificari atque obsequi.

Fili parentibus cedant oportet. Ceterum ubi veritatis sermo ac doctrina urget, praferatur Deus, ac, quæ sua sunt, obtineat.

Parentibus aquam gratiam referre impossibile est. Neque enim eos vicissim gignere quisquam potest.

Parentes honore affice. Hec enim lex diuina & naturalis est. Beatus est, qui parentes oblectat, non secus ac terra eos, qui ad iacta semina amplificanda labores pertulerunt.

Parentibus obtemperare pius est, ac Deo gratum.

D De parricidis & matricidis: & quæ mala eos sequantur, qui parentes aspernantur, iisque minime parent. *C A P. XXXIX.*



V 1 percusserit patrem suum aut matrem, morte moriatur. Qui *Exod. 21.* maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur.

Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Patri matrique qui maledixerit, sanguis eius sit super eum.

Si generit homo filium contumacem & proterium, qui *Num. 21.* non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obediens contempserit: apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos, Filius noster iste proterus, &

contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuria atque conuiuiis: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur. Maledictus qui non honorat patrem suum, & matrem suam. & dicet omnis populus, Amen.

Filius inobediens in perditione erit. Qui in honoret patrem, & reiicit matrem suam, confundetur, & probro afficietur. Qui maledicit patri vel matri, extinguet lucerna eius, & pupillæ oculorum ipsius videbunt tenebras. Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum coru de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ.

Qui abiicit patrem & matrem, & putat se non peccare, hic socius est viri impij. Quam impius est, qui derelinquit patrem: & maledictus à Deo, qui ex-

Prou. 29.

20.

30.

27.

3.

D. IOANIN. DAMASCENI

asperat matrē! Ne glorieris in ignominia patris tui? Gloria enim hominis ex F honore patris sui est.

Iosephi.

Esa. 5.

Miserum est pro vbera atque copiosa segete spinas proferre, & pro lata spe mœstiam procreare, hoc est pro gloria & honore contumeliam & infamiam parentibus rependere, ac vocem hanc Prophetæ sibi usciscere, Expectavi ut vinea mea faceret vias: & fecit labruscas.

Quod parentes filios suos erudire atque castigare debeant. Nisi enim hoc fecerint, in scelerum eorum partem venturos esse.

C A P. X L.

G

1. Reg. 2.



Eli erat senex valde: & audiuit omnia quæ faciebant filij sui vniuerso Israëli: & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obserabant ad ostium tabernaculi: & non castigabat eos. Et dixit Dominus: Loquens locutus sum, vt domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum. Nunc autem absit hoc. Neque enim egredietur iniquitas domus Heli in suffitu & sacrificiis æternis.

Pro. 13.

2.

Castiga filiū: & refocillabit te, & dabit ornamenti animæ tuæ. Qui parcit virgine, odit filium suum: qui autem diligit illū, instanter erudit. Noli subtrahe-H re à puerō disciplinam: si enim percuferis eum virga, non morietur, tu virga percuties eum: & animam eius de inferno liberabis. Plagæ & reprehensio dant sa-pientiam. Rectè educat pater iustus castigans: & in sapiente filio delectatur ani-ma illius. Castiga filium tuum: sic enim bona spei erit.

Zac. 7.

30.

Filij tibi sunt: erudi illos, & curua illos à pueritia eorum. Flagra & disciplina, in omni tempore sapientia. Erudi filium tuū, & operare in eo: ne in ipsius tur-pitudine offendas. Qui diligit filiū suum, assiduat illi flagella. Qui docet filium suum, in zelum mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo. E-quis indomitus euadit durus: & filius remissus euadit præcepis. Lacta filium, & paudentem te faciet: lude cum eo, & contrastabit te. Non des illi potestatem in iu-ventute: tunde latera eius dum infans est.

Eph. 6.

Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in di-sciplina & correptione Domini.

Naz.

Incerti.

Nili.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.